Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



apoka

et seruos hire cancere d dexera manu a i frontibus suis et ne
quis posset uendere aut emere nisi qui habet characterem bestie a nomen a
numerum nominis eius hic est sapiencia Qui habet intellectum computet numerum bes
tie Numerus enim est hominis et numerus eius est sexcenti sexaginta sex Et c. xiiii
Et vidi et ecce agnus stabat super montem sion
et cum eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius
et nomen patris eius scriptum in frontibus suis et audiui
vocem de celo tanquam vocem aquarum multarum et tanquam vocem tonitrui magni
et vocem quam audiui sicut citharedorum citharizantium in citharis
suis et cantabant quasi canticum nouum ante sedem dei et ante quatuor
animalia et seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadra
ginta quatuor milia qui empti sunt de terra hii sunt qui cum mulieribus non
sunt coinquinati virgines enim sunt hii sunt qui sequuntur agnum quocumque ierit hii
empti sunt ex hominibus primicie deo et agno et de ore eorum non est inuentum
mendacium Sine macula sunt ante thronum dei Et vidi alterum angelum
volantem per medium celi habentem euangelium eternum ut euangelizaret
hominibus sedentibus super terram et super omnem gentem et tribum et linguam et populum
dicentes magna voce Timete deum et date illi honorem quia venit hora
iudicii eius. et adorate eum qui fecit celum et terram et mare et fontes aquarum
et ecce qui in eis sunt. Et alius angelus secutus est dicens cecidit Babilon
ciuitas illa magna qui a vino ire eius potauit omnes gentes et
populus terrenus secutus est illum dicens ve ve magna Si quis adora
uerit bestiam et imaginem eius et acceperit caracterem de fronte sua aut de
manu sua et hic bibet de vino ire dei qui mixtum est merum in calice
ire ipsius et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum sanctorum
et ante conspectum agni. et fumus tormentorum eorum ascendit in secula seculorum
Nec habebunt requiem die ac nocte qui adorauerunt bestiam et
imaginem eius et si quis acceperit caracterem nominis eius hic patientia
sanctorum est qui custodiunt mandata dei et fidem iesu Et audiui
vocem de celo dicentem Scribe beati mortui qui in domino moriuntur amodo
iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis Opera enim illorum
sequuntur illos. Et vidi. et ecce nubem candida. et super nubem sedentem
similem filio hominis. habentem de capite suo coronam auream et in manu
sua falcem acutam Et alter angelus exiuit de templo cla
mans voce magna ad sedentem super nubem Mitte